

Mathias Regis Hungarie Mandatum ad tra-  
ctandum cum Consiliarijs Regni Poloniae de  
Pace et Federe. Datum in Czeres Feria quartâ  
inter Octavas Festi Epiphaniarum Domini An-  
no 1474 Ex Originali.

242

Nos Mathias Dei gratiâ Rex Hungarie de-  
Significamus tenore presentium, quibus expedit,  
universis, Quod Nos de fide, fidelitate, prudentiâ  
et Legalitate fidelium nostrorum Reverendorum in Chri-  
sto Patrum Dominorum Gabrielis Albensis Transyl-  
vanie Cancellarij Nostri, et Orualdi Lagrabensis  
Ecclesiarum Episcoporum, nec non Spectabilis, et  
Magnificorum Emenci de Lapole Comitis perpetui  
Sepusiensis, et Joannis Bangracij de Dengeleg alias  
Woywode Transylvani, Generalis Capitanei Exercitu-  
um Nostrorum. Item Venerabilium et Egregiorum  
Georgij quinque Ecclesiensis, Apostolici Inthonota-  
rij, et Pasparis Sancti Martini de Sepusis Ecclesiarum  
Prepositorum, Consiliariorum scilicet Regni No-  
stri ad plenum confisi, accedente etiam consilio, et  
consensu aliorum Prelatorum et Baronum pre-  
fati Regni Nostre Hungarie, ejusdem plenum et  
liberum Mandatum, et omnem auctoritatem, po-  
testatemq; Nostram dedimus et concessimus, da-  
musq; et concedimus cum Dominis Prelatis et Ba-  
ronibus ac Consiliarijs Regni Poloniae ad Dietam  
prodimis diebus futuris in locis ab antiquo ad hoc  
consuetis celebrandam venturis conveniendi, resque,  
facta et universa negotia utronumque Regnorum  
ipsonum, Hungarie videlicet, et Poloniae, nec non

etiam

etiam Bohemia, ac Partium ad eadem pertinentium  
tangentes, et concernentia tractandi, conferendi, et dispo-  
nendi, ac exinde Pacem, Pacta, Fœdera, Concordiam et  
Tregas ad tempus vel in perpetuum confirmandi, dispo-  
nendi, vel de novo componendi, et faciendi, finaliterque  
concludendi, ac firmandi, ac omnia et singula faciendi,  
que Nos propria in Persona facere possemus, si per-  
sonaliter interessemus, etiam si talia forent, que Man-  
datum exigerebunt magis speciale, promittentes in Ver-  
bo Nostro Regio, et bona fide nostra omnia et sin-  
gula ea, que prefati Consilij Regni Nostri cum  
dictis Prelatis et Baronibus ac Consiliarijs Regni  
Polonie super quibuscunque rebus factis, et negotijs  
predecessorum Regnum, ac eorundem Partium  
tractaverint, conferent, disponent, facient, concludent,  
et firmaverint, rata habere, atque grata firmiter, et  
inviolabiliter observare, observariq; facere per Pre-  
latos, Barones, Nobiles, et quoslibet subditos no-  
stros cujuscunque Status et Conditionis existant.  
Hanc Literarum nostrarum, quibus secretum Si-  
gillum nostrum est appensum vigore et testimonio  
mediante. Datum in Epines Feria Quarta inter Octa-  
vas Festi Epiphaniarum Domini Eiusdem Millesi-  
mo Quadringentesimo Septuagesimo Quarto Re-  
gnorum autem Nostrorum Anno Hungarie de-  
sestodecimo, Bohemie vero quinto.